

#### **Sèneca, 1475. Inc 4**

La lectura de Sèneca -en què hom feia compatibles continguts de la moral estoica i la cristiana- travessa l'edat mitjana i s'endinsa en l'edat moderna sense solució de continuïtat. Des del segle XIV se'n tradueixen al català les epístoles, alguns tractats i tragèdies, a més d'obres falsament atribuïdes. Als florilegis es llegeixen extractes autèntics o espuris, com ara els que Pere Miquel Carbonell copia en diversos llibres seus. L'arxiver, que en un altre lloc transcriu la biografia senequiana escrita per Paolo Pompilio (BUB, ms. 123), posseïa l'exemplar de la primera edició de les obres que va veure la llum a Nàpols el 1475, preparada per Blai Romero, monjo de Poblet, filòsof i teòleg que s'ha volgut identificar amb un músic de la capella del Magnànim. Després de fer relligar i decorar el volum, Carbonell en va fer present el 1486 al seu amic el franciscà Francesc Segarra, de qui destaca més d'una vegada les qualitats oratòries; com a poeta, Carbonell en recull una dansa catalana sobre la Immaculada Concepció, que comença: "Christians a supplicar" (Girona, Arxiu Capitular, ms. 69).

El donatiu de Carbonell és, sobretot, una obra pietosa destinada a garantir les oracions dels frares per l'ànima del difunt, en la mateixa línia, per exemple, de la cambra que més endavant disposarà a l'Hospital de la Santa Creu, on el 1510 fa esculpir un epigrama marià i el seu escut amb els dos peixos. Carbonell ho explica en una epístola afegida a l'exemplar de Sèneca ofert al convent, que transcrivim a continuació. No sorprèn, doncs, la ira del donant quan, vint-i-cinc anys després, descobreix la poca cura amb què els frares han tractat el volum: "quis stultus fecerit nescio".

*Epistola regi archivarii ad venerabilem fratrem Franciscum Segarra, divini verbi preconem eximium.*

*Regius archivarius Petrus Michael Carbonellus fratri Francisco Segarra, ordinis minorum, viro imprimis docto, p. s. d. Non equidem sum oblitus quam tibi nuper in Regio Archivo affectionem circa rem meam aliquam tuo monasterio impendendam ostenderim et tu quanta me non modo humanitate, sed etiam benignitate persaepe exceperis. Itaque cogitanti mihi, vir suavissime, an ex codicibus meis Senecae opera an Marci Tullii Ciceronis in bybliotheam istius monasterii reponerem, ubi tu, declamator acerrime, quotidie volvere et revolvere non cessas sacrarum Scripturarum libros, tandem in mentem venit Senecae opera in uno volumine contexta, quibus ea bybliothea carere videtur me repositurum opere pretium fore, quandoquidem ea lectitantes virtutis gloria emicuerint. Nihil enim mihi optabilius contingere possit quam vitae tempus nobis breve datum, diebus quibus saecularia negotia conticescunt, legendo et annotando cum voluptate terere. Non ab re barbatum Hieronymum in Vitas patrum ita transcripsisse comperitur: "Sic enim ex carnalibus escis alitur caro, ita ex divinis eloquiis homo interior nutritur et pascitur; sed ille beatissimus est qui, divinas Scripturas legens, verba vertit in opera, vaca lectioni, vaca meditationi scripturarum, vaca in lege Dei". De his quidem satis. Quocirca, Francisce frater, divini verbi prece egregie accipe, accipe Senecae volumen, quod tantifacis et inter alios memoratae bybliothecae libros locare cures, hoc divum quippe volumen, gratis et Dei amore, isti tam sanctae bybliothecae dono dare mihi libet in praesentiarum. Tu autem, disertissime frater Francisce, cum preces ad omnipotentem Deum fuderis, memineris nostri, nam te et caeteros venerandos tui ordinis fratres vehementer oratos velim ut, quando me decedere contigerit, non vos pigeat pro anima mea omnes dicere: "Requiem aeternam dona ei, Domine". Vale meque, ut facis, ama, nam te puro amo affectu. Ex urbe Barcelona, die sexto idus januarias, quo tuum audivi sermonem mirificum apud aedem sacram sanctimonialium Hierusalem huius urbis Barcinonis, anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo sexto, Ferrando II foeliciter regnante. Τελος.*